

# Diritto ed equità

## in una classe di retorica

Biagio Santorelli ([biagio.santorelli@unige.it](mailto:biagio.santorelli@unige.it))

# Premessa: la declamazione e la scuola

# La declamazione e la scuola

## Petron. 1.3

Et ideo ego adulescentulos existimo in scholis stultissimos fieri, quia nihil ex his quae in usu habemus aut audiunt aut vident, sed **piratas cum catenis in litore stantes, sed tyrannos edicta scribentes quibus imperent filiis ut patrum suorum capita praecidant, sed responsa in pestilentiam data ut virgines tres aut plures immolentur, sed mellitos verborum globulos et omnia dicta facta que quasi papavere et sesamo sparsa.**

# La declamazione e la scuola

## Quint. *inst.* 12.6.5

Ideoque nonnulli senes in schola facti **stupent novitate cum in iudicia venerunt**, et omnia suis exercitationibus similia desiderant. At illic et iudex tacet et adversarius obstrepit et nihil temere dictum perit, et si quid tibi ipse sumas probandum est, et laboratam congestamque dierum ac noctium studio actionem aqua deficit, et omissa magna semper flandi tumore in quibusdam causis loquendum est, quod illi diserti minime sciunt.

# La declamazione e la scuola

## *suasoriae*

Deliberat Agamemnon, an Iphigeniam immolet  
negante Calchante aliter navigari fas esse

**Sen. suas. 3.th.**

Deliberat Cicero, an scripta sua comburat  
promittente Antonio incolumitatem, si fecisset

**Sen. suas. 7.th.**

## *controversiae*

SACERDOS CASTA E CASTIS, PVRA E PVRIS SIT. Quaedam  
virgo a piratis capta venit; empta a lenone et prostituta est.  
Venientes ad se exorabat stipem. Militem, qui ad se  
venerat, cum exorare non posset, colluctantem et vim  
inferentem occidit. Accusata et absoluta remissa ad suos  
est; petit sacerdotium.

**Sen. contr. 1.2.th.**

REI PUBLICAE LAESAE SIT ACTIO. Quidam expositos  
debilitabat et debilitatos mendicare cogebat ac mercedem  
exigebat ab eis. rei publicae laesae accusatur.

**Sen. contr. 10.4.th.**

# Sillogi superstiti di declamazioni latine

- Seneca il Vecchio, *Oratorum et rhetorum sententiae divisiones colores*  
10 libri di *controversiae* (di cui 5 superstiti in escerti), 1 di *suasoriae*
- [Quintiliano], *Declamationes minores*  
145 *controversiae* parzialmente svolte e accompagnate da *sermones didattici*
- [Quintiliano], *Declamationes maiores*  
19 *controversiae* interamente svolte
- Calpurnio Flacco, *Excerpta*  
53 temi di *controversiae* accompagnati da brevi escerti

# Come si insegnava a declamare

# La declamazione e la scuola

## Iuv. 7.150-157

- Declamare doces? O ferrea pectora Vetti,150  
cum perimit saeuos classis numerosa tyrannos.  
Nam quaecumque sedens modo legerat, haec eadem stans  
perferet atque eadem cantabit versibus isdem.  
Occidit miseros crambe repetita magistros.  
Quis color et quod sit causae genus atque ubi summa155  
quaestio, quae veniant diversa parte sagittae,  
nosse volunt omnes, mercedem solvere nemo.

# *Thesis e hypothesis*

**Agostino, *De rhetorica*, 5**

Thesis est res, quae admittit rationalem considerationem sine definitione personae; hypothesis est seu controversia, ut in proprio nomine utamur, res, quae admittit rationalem contentionem cum definitione personae. Melius autem declarabuntur sub exemplo. Thesis est quaestio huius modi: "an navigandum sit, an philosophandum"; hypothesis est quaestio huius modi: "an decernendum Duillio praemium".

# **La *peristasis***

**Agostino, *De rhetorica*, 7**

Nunc, quoniam quidem de differentia generalium et specialium quaestionum satis dictum est separataque thesis ab hypothesi, ut perinde distaret re ac nomine, consequens esse videtur dicere, quid sit quod hypothesin, id est controversiam, efficiat. Est igitur circumstantia rerum, quam περίστασιν Hermagoras vocat, sine qua ulla omnino controversia non potest esse. Quid sit autem peristasis, facilius partitione quam definitione eius deprehendi potest. Sunt igitur partes circumstantiae, id est peristaseos, septem, quas Hermagoras μόρια περιστάσεως vocat (...). Sunt igitur haec: *quis, quid, quando, ubi, cur, quem ad modum, quibus adminiculis* (...). Horum autem omnium aut plurimorum rationalis congregatio conflat quaestionem.

# **La *peristasis***

**Giulio Vittore (IV sec. d.C.), *Ars rhetorica*, p. 3, 16-18 Giomini-Celentano**

Accepto igitur themate primum circumstantiam sectari debes, cuius partes sunt septem hae: *quis, quid, quando, ubi, cur, quemadmodum, quibus adminiculis*. Harum vero omnium aut plurimarum rationalis congregatio facit causam, et hac primum perspicitur, an consistat controversiae ratio, an vero materia, quae proposita est, asystatos sit.

# **La *peristasis***

**Petronio, Satyricon 48**

Sed narra tu mihi, Agamemnon, quam controversiam hodie declamasti? Ego autem si causas non ago, in domusionem tamen litteras didici. Et ne me putas studia fastiditum, tres bybliotheclas habeo, unam Graecam, alteram Latinam. Dic ergo, si me amas, **peristasim** declamationis tuae." Cum dixisset Agamemnon: "Pauper et dives inimici errant...", ait Trimalchio: "Quid est pauper?" "Vrbane", inquit Agamemnon et nescio quam controversiam euit. Statim Trimalchio: "Hoc, inquit, si factum est, controversia non est; si factum non est, nihil est."

# **Lo *status causae***

## **Quintiliano, *Institutio oratoria* 3.6.4-8**

Statum quidam dixerunt primam causarum conflictionem: quos recte sensisse, parum elocutos  
puto. **5.** Non enim est status prima conflictio ‘fecisti, non feci’, sed quod ex prima conflictione  
nascitur, id est genus quaestionis: ‘fecisti, non feci, an fecerit?’. ‘hoc fecisti, non hoc feci, quid  
fecerit?’ (...) **6.** (...) inde vero ingens male interpretantibus innatus est error, qui quia primam  
conflictionem legerant, crediderunt statum semper ex prima quaestione ducendum, quod est  
vitiosissimum. **7.** Nam quaestio nulla non habet utique statum (constat enim ex intentione et  
depulsione), sed aliae sunt propriae causarum, de quibus ferenda sententia est, aliae adductae  
extrinsecus, aliquid tamen ad summam cause conferentes velut auxilia quaedam: quo fit ut in  
controversia una plures quaestiones esse dicantur. **8** Harum porro plerumque levissima quaeque  
primo loco fungitur. Namque et illud frequens est, ut ea, quibus minus confidimus, cum tractata  
sunt, omittamus, interim sponte nostra velut donantes, interim ad ea, quae sunt potentiora,  
gradum ex his fecisse contenti.

# **Lo *status causae***

**Status rationales:** è in discussione il fatto

- 1. coniectura:** è incerto se il fatto sia stato commesso
- 2. definitio:** non si contesta che il fatto sia stato commesso, si discute della sua natura e definizione
- 3. qualitas:** non si contesta il fatto o la sua definizione, si discute se debba essere considerato lecito
  - a. qualitas absoluta:** il fatto è lecito in sé
  - b. qualitas absuntiva:** il fatto è giustificato alla luce di elementi esterni o aggiuntivi
    - i. comparatio:** il fatto è giustificato in considerazione del beneficio che ne è derivato
    - ii. relatio criminis:** il fatto è giustificato in quanto conseguenza di reato altrui
    - iii. remotio criminis:** la responsabilità del fatto è attribuita ad altre persone o circostanze
    - iv. concessio:** si ammette la colpa e si chiede perdono invocando attenuanti
- 4. translatio / praescriptio:** l'imputato avanza un'eccezione formale allo svolgimento del processo

**Status legales:** è in discussione la legge

- 1. scriptum et voluntas:** si rileva un contrasto tra la formulazione letterale di una legge e la sua intenzione
- 2. leges contrariae:** si rileva un conflitto tra più norme
- 3. ambiguitas:** si rileva un'incertezza sull'interpretazione della lettera della legge
- 4. ratiocinatio:** il caso non è previsto dalle leggi vigenti

# Come impostare una *controversia*

# Impostare la causa

## Quintiliano, *Institutio oratoria* 3.6.4-8

Statum quidam dixerunt primam causarum conflictionem: quos recte sensisse, parum elocutos  
puto. **5.** Non enim est status prima conflictio ‘fecisti, non feci’, sed quod ex prima conflictione  
nascitur, id est genus quaestionis: ‘fecisti, non feci, an fecerit?’. ‘hoc fecisti, non hoc feci, quid  
fecerit?’ (...) **6.** (...) inde vero ingens male interpretantibus innatus est error, qui quia primam  
conflictionem legerant, crediderunt statum semper ex prima quaestione ducendum, quod est  
vitiosissimum. **7.** Nam quaestio nulla non habet utique statum (constat enim ex intentione et  
depulsione), sed aliae sunt propriae causarum, de quibus ferenda sententia est, aliae adductae  
extrinsecus, aliquid tamen ad summam causae conferentes velut auxilia quaedam: quo fit ut in  
controversia una plures quaestiones esse dicantur. **8** Harum porro plerumque levissima quaeque  
primo loco fungitur. Namque et illud frequens est, ut ea, quibus minus confidimus, cum tractata  
sunt, omittamus, interim sponte nostra velut donantes, interim ad ea, quae sunt potentiora,  
gradum ex his fecisse contenti.

# Impostare la causa

Quintiliano, *Institutio oratoria* 7.1.4-6

Erat mihi curae in controversiis forensibus nosse omnia, quae in causa versarentur: nam in schola certa sunt et pauca et ante declamationem exponuntur, quae themata Graeci vocant, Cicero proposita. Et primum (...) constituebam, quid utraque pars vellet efficere, tum per quid, hoc modo. Cogitabam, quid primum petitor diceret. Id aut confessum erat aut controversum. Si confessum, non poterat ibi esse quaestio. Transibam ergo ad responsum partis alterius, idem intuebar: nonnumquam etiam, quod inde obtinebatur, confessum erat. Ubi primum cooperat non convenire, quaestio oriebatur.

Davanti al giudice: *ius e aequitas*

# Lugens divitem sequens filius pauperis

## Sen. contr. 10.1

TH.

INIVRIARVM SIT ACTIO. Quidam, cum haberet filium et divitem inimicum, occisus *<in>*spoliatus inventus est. Adulescens sordidatus divitem sequebatur. Dives eduxit in ius eum et postulavit, ut, si quid suspicaretur, accusaret se. Pauper ait: 'accusabo, cum potero' et nihilominus sordidatus divitem sequebatur. Cum peteret honores dives, repulsus accusat iniuriarum pauperem.

# L'iniuria

## XII Tab. 1, 13-15 Crawford

Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto. Si os fregit libero, CCC, <si> servo, CL poena<e> su<n>to. Si iniuria alteri faxsit, vigintiquinque poenae sunt.

## Gai. inst. 3.223-224

Poena autem iniuriarum ex lege XII tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat; propter os uero fractum aut conlisum trecentorum assium poena erat, si libero os fractum erat; at si seruo, CL; propter ceteras uero iniurias XXV assium poena erat constituta. Et uidebantur illis temporibus in magna paupertate satis idoneae istae pecuniae poenae esse.

Sed nunc alio iure utimur. Permittitur enim nobis **a praetore** ipsis iniuriam aestimare, **et iudex** uel tanti condemnat, quanti nos aestimauerimus, uel minoris, prout illi uisum fuerit; sed cum atrocem iniuriam praetor aestimare soleat, si simul constituerit, quantae pecuniae eo nomine fieri debeat uadimonium, hac ipsa quantitate taxamus formulam, et iudex, qui possit uel minoris damnare, plerumque tamen propter ipsius praetoris auctoritatem non audet minuere condemnationem.

# Lugens divitem sequens filius pauperis

## Sen. contr. 10.1

TH.

INIVRIARVM SIT ACTIO. Quidam, cum haberet filium et divitem inimicum, occisus <in>spoliatus inventus est. Adulescens sordidatus divitem sequebatur. Dives eduxit in ius eum et postulavit, ut, si quid suspicaretur, accusaret se. Pauper ait: 'accusabo, cum potero' et nihilominus sordidatus divitem sequebatur. Cum peteret honores dives, repulsus accusat iniuriarum pauperem.

# Lugens divitem sequens filius pauperis

## Sen. contr. 10.1. 9 (divisio di Latrone per la difesa)

LATRO sic divisit: an in re iniuria sit. Nulla, inquit, iniuria est. Sordidatus sum; <nonne omnes lugentes? Te secutus sum;> quam multi faciunt! Omnia iniuriae genera comprehensa sic: pulsare non licet, convicium facere contra bonos mores non licet. (Hoc loco SCAVRVS dixit: nova formula iniuriarum componitur: 'quod ille contra bonos mores <tac>uit'.) Etiamsi in re iniuria est, an, si non malo animo facit, tutus sit; an malo animo faciat. Hoc Latro in duas quaestiones divisit: an, si credidit ab hoc patrem suum occisum et propter hoc secutus est, ignoscendum illi sit. Deinde, an crediderit.

# Lugens divitem sequens filius pauperis

## Sen. contr. 10.1. 9 (*divisio di Gallione per l'accusa*)

GALLIO illam fecit primam quaestionem: an, quod licet cuique facere si facit, iniuria~~rū~~m non teneatur. Licet, inquit, flere, licet ambulare qua velis, licet vestem quam velis sumere. Nihil, inquit, licet in alienam invidiam facere. Sordidatus es, non queror; sed si sordes tuae invidiam mihi concitant, queror.

# Sortitio ignominiosorum

[Quint.], *decl. min.* 250

TH.

Qui iniuriarum damnatus fuerit, ignominiosus sit. Ignominioso ne qua sit actio. Duo adulescentes invicem <iniuriarum> agere cooperunt. Sortiti sunt utrius iudicium prius ageretur. Is qui sorte vicerat egit et damnavit iniuriarum. Damnato agere volenti praescribit.

# Sortitio ignominiosorum

[Quint.], decl. min. 250

TH.

Qui iniuriarum damnatus fuerit, ignominiosus sit. Ignominioso ne qua sit actio. Duo adulescentes invicem <iniuriarum> agere coeperunt. Sortiti sunt utrius iudicium prius ageretur. Is qui sorte vicerat egit et damnavit iniuriarum. Damnato agere volenti praescribit.

SERMO

1 Patronum necessario dabimus. Nam etiam ut agere illi liceat, est tamen ignominiosus.

# Sortitio ignominiosorum

[Quint.], decl. min. 250

2 'Ignominioso ne qua sit actio'. Si hodie primum deferret, necesse habebat pati condicionem fortunae sua. Nunc **praescribendi** tempus abiit. Tum enim praescribere debuisti, si poteras, cum delatus es, et in hoc ipsum praescribere, ne deferret. Neque enim ulla praescriptio inchoata iudicia peragi vetat, sed inchoari aliquando prohibet. Actio isti cui praescribis data est, nec data solum verum etiam inchoata: invicem rei fuistis. 3 Quid enim? Tu initium putas actionis cum iudices considerint, cum ad dicendum surrexerit orator? Minime. [Haec enim tu fecisti felicitate tactionist]. Et lex quae ignominioso non dedit actionem hoc spectavit, ne omnino in causam educendi potestatem haberet, ne reum faciendi, ne in periculum perducendi. Quae si omnia iam facta sunt, tempus praescriptionis transiit.

# **Lo *status causae***

**Status rationales:** è in discussione il fatto

- 1. coniectura:** è incerto se il fatto sia stato commesso
- 2. definitio:** non si contesta che il fatto sia stato commesso, si discute della sua natura e definizione
- 3. qualitas:** non si contesta il fatto o la sua definizione, si discute se debba essere considerato lecito
  - a. qualitas absoluta:** il fatto è lecito in sé
  - b. qualitas absuntiva:** il fatto è giustificato alla luce di elementi esterni o aggiuntivi
    - i. comparatio:** il fatto è giustificato in considerazione del beneficio che ne è derivato
    - ii. relatio criminis:** il fatto è giustificato in quanto conseguenza di reato altrui
    - iii. remotio criminis:** la responsabilità del fatto è attribuita ad altre persone o circostanze
    - iv. concessio:** si ammette la colpa e si chiede perdono invocando attenuanti
- 4. translatio / praescriptio:** l'imputato avanza un'eccezione formale allo svolgimento del processo

**Status legales:** è in discussione la legge

- 1. scriptum et voluntas:** si rileva un contrasto tra la formulazione letterale di una legge e la sua intenzione
- 2. leges contrariae:** si rileva un conflitto tra più norme
- 3. ambiguitas:** si rileva un'incertezza sull'interpretazione della lettera della legge
- 4. ratiocinatio:** il caso non è previsto dalle leggi vigenti

# Sortitio ignominiosorum

[Quint.], decl. min. 250

6 Haec dicerem cuicunque et in quacumque actione: tecum agere invicem coepit, et agere coepit iniuriarum. Quantopere autem voluerit huiusmodi peragi iudicia legum lator ostendit cum iniuriarum damnatum ignominiosum esse voluit. Quare si apparuerit te malam causam habere, incipis rem iniquissimam postulare, ut tales poenas quales praescribis patiatur. 7 Nam si tam gravem rem et tam intolerabilem lex iniuriam putavit ut ei qui commisisset tale delictum omne ius poenae auferret, quaerendum de eo quoque est, quod etiam sorte factum est ut prior ageres, non quia atrocius erat quod querebaris. Quid porro? Hac ipsa sorte non hoc quaesitum est, uter prior ageret? Iam hoc ergo de quo contendimus constitutum est. Illa enim sorte duo iudicia ordinata sunt. Et tu, cum accusares, eras reus, et proximo loco reus.

8 (Haec ad ius, illa ad aequitatem).

# **Lo *status causae***

**Status rationales:** è in discussione il fatto

- 1. conjectura:** è incerto se il fatto sia stato commesso
- 2. definitio:** non si contesta che il fatto sia stato commesso, si discute della sua natura e definizione
- 3. qualitas:** non si contesta il fatto o la sua definizione, si discute se debba essere considerato lecito
  - a. qualitas absoluta:** il fatto è lecito in sé
  - b. qualitas absuntiva:** il fatto è giustificato alla luce di elementi esterni o aggiuntivi
    - i. comparatio:** il fatto è giustificato in considerazione del beneficio che ne è derivato
    - ii. relatio criminis:** il fatto è giustificato in quanto conseguenza di reato altrui
    - iii. remotio criminis:** la responsabilità del fatto è attribuita ad altre persone o circostanze
    - iv. concessio:** si ammette la colpa e si chiede perdono invocando attenuanti
- 4. translatio / praescriptio:** l'imputato avanza un'eccezione formale allo svolgimento del processo

**Status legales:** è in discussione la legge

- 1. scriptum et voluntas:** si rileva un contrasto tra la formulazione letterale di una legge e la sua intenzione
- 2. leges contrariae:** si rileva un conflitto tra più norme
- 3. ambiguitas:** si rileva un'incertezza sull'interpretazione della lettera della legge
- 4. ratiocinatio:** il caso non è previsto dalle leggi vigenti

# Sortitio ignominiosorum

[Quint.], decl. min. 250

**6** Haec dicerem cuicunque et in quacumque actione: tecum agere invicem coepit, et agere coepit iniuriarum. Quantopere autem voluerit huiusmodi peragi iudicia legum lator ostendit cum iniuriarum damnatum ignominiosum esse voluit. Quare si apparuerit te malam causam habere, incipis rem iniquissimam postulare, ut tales poenas quales praescribis patiatur. **7** Nam si tam gravem rem et tam intolerabilem lex iniuriam putavit ut ei qui commisisset tale delictum omne ius poenae auferret, quaerendum de eo quoque est, quod etiam sorte factum est ut prior ageres, non quia atrocius erat quod querebaris. Quid porro? Hac ipsa sorte non hoc quaesitum est, uter prior ageret? Iam hoc ergo de quo contendimus constitutum est. Illa enim sorte duo iudicia ordinata sunt. Et tu, cum accusares, eras reus, et proximo loco reus.

**8** (Haec ad **ius**, illa ad **aequitatem**).

# Sortitio ignominiosorum

[Quint.], *decl. min.* 250

Quid adeo iustum quam te damnari si iniuriam tum fecisti? Non enim ignominioso fecisti, et fortasse per te stetit ut iniuriam hic quoque faceret. Alioqui tu, si quam fiduciam haberes innocentiae tuae, nonne his ipsis quibus excludis illum confideres? Quid times? Accusabit te, neminem postea accusaturus. **9** Cecidit te; fecit iniuriam, confitebimur. Probabimus tamen istud iure accidisse. Quanta diffidentia in te causae est, qui post ista trepidas, et in nobis quanta fiducia, qui post hanc infelicitatem, post hanc fortunam confidimus dignos nos apud iudices futuros qui vindicemur? Iniquissimum alioqui est tantum fortunae sortis illius licuisse ut hoc videatur quaesitum, uter ignominiosus esset.